Fragmentarium

mitte quem missurus es. Iratus dns
in moysen ait. Aaron frater tuus leuites
scio quod eloquens sit. Ecce ipse egredietur
in occursum tuum. uidensque te letabitur
corde. Loquere ad eum. et pone uerba
mea in ore eius. et ego ero in ore tuo et
in ore illius. et ostendam uobis quid
agere debeatis. Ipse loquetur pro te ad
populum. et erit os tuum. tu autem eris
ei in his que ad dm pertinent. Virgam
quoque hanc sume in manu tua. in qua
facturus es signa.

Abiit moyses et reuersus est ad iethro
socerum suum. dixitque ei. Vadam
et reuertar ad fratres meos in egyptum.
ut uideam si adhuc uiuant. Cui ait ie-
thro. Vade in pace.

Dixit ergo dns ad moysen in madian
Vade et reuertere in egyptum. mor-
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] dns ad moy-
sen [illegible] ut omnia
ostenta que posui in manu tua fa[cias]
coram pharaone. Ego [ind]urabo cor eius
et non dimittet populum. dicesque ad eum.
Hec dicit dns. filius meus primogenitus
israel. Dixi tibi. dimitte filium meum
ut seruiat michi. et noluisti dimittere
eum. Ecce ego interficiam filium tuum
primogenitum. Cumque esset in itinere
in diuersorio. occurrit ei dns. et uolebat
occidere eum. Tulit ilico sephora acu-
tissimam petram. et circumcidit pre-
putium filii sui. tetigitque pedes eius et ait.
Sponsus sanguinum tu michi es. Et dimi-
sit eum postquam dixerat sponsus san-
guinum ob circumcisionem.

Dixit autem dns ad aaron. Vade in oc-
cursum moysi in deserto. Qui perrexit

ei obuiam in montem dei. et osculatus est
eum. Narrauitque moyses aaron omnia
uerba dni. per quibus miserat eum. et signa
que mandauerat. Veneruntque simul. et
congregauerunt cunctos seniores filiorum
israel. Locutusque est aaron omnia uerba que
dixerat dns ad moysen. et fecit signa co-
ram populo. et credidit populus. Audi-
eruntque quod uisitasset dns filios israel
quod respexisset afflictionem eorum. et proni
adorauerunt [illegible]

Post hec ingressi sunt moyses et aa-
ron. et dixerunt pharaoni. Hec dicit dns
ds israel. Dimitte populum meum ut sacrificet
[illegible] deserto. [At] ille respondit. Quis
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] ab [illegible]
pit ergo in die illo prefectis operum et ex-
actoribus populi dicens. Nequaquam ultra
dabitis paleas populo ad conficiendos
lateres sicut prius. sed ipsi uadant et col-
ligant stipulam. et mensuram laterum
quam prius faciebant. imponetis super
eos. nec minuetis quicquam. Vacant
enim [illegible] uociferantur dicentes.
Eamus et [sacrifi]cemus deo nostro. Opprimantur
opibus et [com]pleant ea. et non acquiescant
uerbis mendacibus. Igitur [egressi] prefecti
operum et exactores ad populum dixerunt.
Sic dicit pharao. Non do uobis paleas.
Ite et colligite sicubi inuenire poteritis.
nec minuetur quicquam de opere uestro.
Dispersusque est populus per omnem terram egypti.

Fragm. lat. 554

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 554, 1r – Biblia
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-yr7z/412/5766)